171

G

110

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 110



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 110

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 110



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 110



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 110



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 110

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 110

~~269B~~
171 G ~~109~~ 110
CA. 932

CA. 932.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 110

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 110

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 110

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 110

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 110

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 110

Diui hieronimi preſbiteri doctoriſq; celeberrimi liber Eligans de Vita Clericorum ad Nepotianum ſacerdotem.

Petis a me Nepotiane frater chariſſime litteris tranſmarinis ⁊ crebro petis vt tibi breui volūie digeram precepta viuendi. ⁊ qua ratione is qui ſeculi militia derelicta vel monachus cepit eſſe vel clericus rectum chriſti tramitem teneat. ne ad diuerſa viciorum diuerticula rapiatur. Dum eſſem adoleſcens immo pene puer ⁊ primos impetus laſciuientis etatis heremi duricia refrenarem. ſcripſi ad auunculum tuum ſanctum heliodorum exhortatoriam epiſtolam plenam lachrymis querimoniiſq;. ⁊ que deſerti ſodalis monſtraret affectum. Sed in illa ope pro etate tūc luſimus. ⁊ calentibus adhuc rhetorum ſtudiis atq; doctrinis quedam ſcholaſtico flore depinximus. Nūc vero cano capite ⁊ arata rugis fronte. ⁊ inſtar boum pendentibus a mento palearibus frigidus obſiſtit circum precordia ſanguis. Unde ⁊ in alio loco idem poeta canit. Omnia fert etas. animum quoq;. Et poſt modicū Nūc oblita mihi tot carmina. vox quoq; merim. Jam fugit ipſa. Quod ne de gentili tantum litteratura ꝑferre videamur. diuinoꝝ voluminum ſacramenta cognoſce. Dauid annos natus ſeptuaginta bellicoſus quondam vir. ſenectute frigeſcente non poterat calefieri. Queritur itaq; puella de vniuerſis finibus iſrael Abiſac ſunamitis que cum rege dormiret ⁊ ſenile corpus calefaceret. Nōne tibi videtur ſi occidentem ſequaris litteram. vel figmentum eſſe mimoꝝ vel atellanarum ludicra. Frigidus ſenex obuoluitur veſtimentis ⁊ niſi complexū adoleſcentule nō tepeſcit. Viuebat adhuc barſabee ſuperat abigail ⁊ reliquie vxores ⁊ concubine quas ſcriptura commemorat. Omnes quaſi frigide repudiantur ⁊ in vnius tantum grandeuus caleſcit amplexibus. Abrahā multo dauid ſenior fuit ⁊ tamen viuente ſara aliam nō queſiuit

KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK 'S GRAVENHAGE

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 110

vxorem. Iſaac duplices dauid annos habuit ⁊ cum rebecca iam
vetula numquam refriguit. Taceo de prioribus ante diluuium
viris. qui poſt annos nongentos nō dico ſenibus ſed iam pene
curuoſis artubus nequaquam puellares queſiere complexus.
Certe moyſes dux iſrahelitici populi. c. xx. ānos habebat ⁊ ſepho
ram non mutauit vxorem. Que iſta igitur ſunamitis vxor ⁊
virgo tam feruens vt frigidum calefaceret. tam ſancta vt calētē
ad libidinem non prouocat. Exponat ſapientiſſimus. Salomō
patris ſui delitias ⁊ pacificus bellatoris viri narret amplexus
Poſſide ſapientiam poſſide intelligentiam. ne obliuiſcaris ⁊
ne declines a verbis oris mei. Ne dereliqueris illam vt appre
hendet te. ama illam ⁊ exaltabit te. Principium ſapientie poſ
ſide ſapientiam Et in omni poſſeſſione tua poſſide intelligenti
am. Circumda illam ⁊ exaltabit te Honora illam ⁊ amplexa
bitur te. Vt det capiti tuo coronam gratiarum, coronam quoqȝ
deliciarum protegat te. Omnes pene virtutes corporis mutan
tur in ſenibus ⁊ creſcente ſola ſapientia decreſcunt vires cetere
Ieiunia elemoſine chameiunie id eſt in pauimentum dormitio
Huc illucqȝ diſcurſio. peregrinorum ſuſceptio. defenſio pauperum
inſtantia orationum ⁊ perſeuerantia. viſitatio languentium. la
bor manuum vnde prebeantur elemoſine. Et ne ſermonem longi
us traham cuncta que per corpus exercentur fracto corpore mino
ra fiunt. Nec hoc dico qȝ in iuuenibus ⁊ ſolidioris adhuc etatis hijs
dumtaxat qui labore ⁊ ardentiſſimo ſtudio vite quoqȝ ſanctimo
nia ⁊ orationis ad dominum frequentia ſcientiam conſequuti ſe
Frigeat ſapientia que in pleriſqȝ ſenibus etate marceſcit. Sed
qȝ adoleſcentia multa corporis ſuſtinet bella ⁊ inter incentiua
viciorum ⁊ carnis titillationes velut ignis in lignis viridibus
ſuffocetur vt ſuum non poſſit explicare fulgorem. Senectus
vero (rurſus ammoneo) eorum qui adoleſcentiam ſuam honeſtis
artibus inſtruxerunt. Et in lege domini meditati ſunt die ac noc
te. Etate fit doctior vſu tritior. proceſſu temporis ſapientior.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 110

Et veterū ſtudiorum dulciſſimos fructus metit. Unde z ſapiēs ille
vir grecie Themiſtocles cū expletis centum z ſeptem annis mo
ri cerneret. dixiſſe fertur ſe dolere ꝙ tunc egrederetur de vita qn̄
ſapere cepiſſet. Plato vno z octogeſimo anno ſcribens mortu9
eſt Iſocrates nonaginta nouem annos in docendi ſcribendiqȝ la
bore conpleuit. Taceo ceteros phōs Pictagoram. Democritum
xenocratem. zenonem Cleantem. qui iam etate longeua in ſapiē
tie ſtudijs floruerunt Ad poetas venio. Homerum heſiodū
Simonidem Steſichorū. qui grandes natu cigneum neſcio qđ
z ſolito dulcius vicina morte cecinerunt Sophocles cum propter
nimiam ſenectutem z rei familiaris negligentiam a filijs accu
ſaretur amentie. edippi fabulam quam nuper ſcripſerat recita
uit iudicibus z tantum ſapientie in etate iam fracta dedit ſpe/
ciem. vt ſeueritatē tribunalium in fauorē theatralē conuerteret
Nec mirum cum etiam Cato Cenſorius z romani generis diſer
tiſſimus z ſenex iam grecas litteras diſcere nec erubuerit nec deſ
perauerit Certe homerus refert ꝙ de lingua neſtoris iā vetuli
z pene decrepiti dulcior melle orō flueret. Sed z ipſius nominis
. . . . . Abiſac ſacramentum ſapientiam ſenum iudicat ampliorem In
terpretatur enī pater meus ſuperfluus vel patris mei rugitus
Uerbum ſupflui ambiguūm eſt. ſed in preſenti loco virtutem ſo
nat ꝙ amplior ſit in ſenibus z redūdans ac larga ſapientia In
alio autem loco ſuperfluus quaſi non neccārius ponitur. Abiſac.
i. rugitus proprie nuncupatur. qđ vt maris fluctus reſonat. z vt
ita dicam de pelago veniens fremitus auditur. Ex quo oſtendit
abundantiſſimum z vltra humanam vocem in ſenibus diuini ſ
moris tonitruum commorari Porro ſunamitis in noſtra lingua
coccinea dicitur vt ſignificet calere ſapientiam z diuina lectione
feruere. Quod licz dominici ſanguinis indicet ſacramentum ta
men z feruorem oſtendit ſapientie. Unde z obſtetrix illa in gene
ſi coccinum ligat in manu phares qui ab eo ꝙ parietem diuiſe
rat duos ante populos ſuperantē diuiſoris. i. phares ſortitus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 110

eſt nomen Et raab meretix in typo eccleſie feſticulam miſteriū
ſanguinis continentem . vt hiericho pereunte domus eius ſal/
uaretur appendit in feneſtra Unde et alio loco de viris ſanctis
ſcriptura commemorat . Hi ſunt qui venerunt de calore do
mus rechab . Et dominus noſter in euangelio Ignem inquit
veni mittere in terram ⁊ quem volo niſi vt ardeat Qui in diſci/
pulorum cordibus ſuccenſus cogebat eos dicere . Nonne cor
noſtrum ardens erat in nobis dum loqueretur in via et aperi/
ret nobis ſcripturas Quorſum hec tam longo repetita prin
cipio Ne a me queras pueriles declamationes . ſententia/
rum floſculos . verborum lenocinia . et per fines capitulorum
ſingulorum acuta quedam breuiter que concluſa . que plauſus
et clamores excitant audientium . Amplectatur me modo
ſapiencia et abiſac noſtra que nunq̄ȝ ſeneſcit in meo requieſcat
ſinu Impolluta eſt virginitatis qȝ perpetue et in ſimilitu/
dinem marie . cum cottidie generet ſemper qȝ parturiat incor/
rupta eſt Hinc reor dixiſſe apoſtulum . ſpiritu feruentes
Et in euāgelio dominum predicaſſe qꝫ in fine mundi . quā
do iuxta zachariam prophetam ſtultus paſtor eſſe ceperit .
ſapientia decreſcente refrigeſcet charitas multorum Audi igitur
vt beatus ciprianus ait . Non diſerta ſed fortia . audi fratrem
collegio patrem ſenio . qui te ab incunabilis fidei vſque ad per
fectam ducat etatem et per ſingulos gradus viuendi precepta
conſtituens inter ceteros erudiat . Scio quidem ad auunculo
tuo ſancto helidoro qui pōtifex chriſti eſt . te et didiciſſe que ſanc
ta ſunt et quotidie diſcere . normam qȝ vite eius exemplum ha
bere virtutum Sed et noſtra qualiacūque ſunt ſuſcipe et libel/
lum hunc illius libello copulato . vt cum ille te monachum eru
dierit hic clericum doceat eſſe perfectum
Hitur clericus qui chriſti ſeruit eccleſie interpretetur
primo vocabulum ſuum ⁊ nominis definitione prelata
nitatur eſſe quod dicitur Si enim cleros grece ſors appellatur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 110

latine. propterea vocantur clerici quia de ſorte dñi ſunt. vel quia dñs ipſe ſors. id eſt pars clericorum eſt. Et quia vel ipſe pars domini eſt vel domini partem habet. talem ſe exhibere debet vt et ipſe poſſideat dominum vel ipſe poſſideatur a domino qui poſſidet dominū Et cum propheta dicat pars mea dominus. nichil extra dominum habere poteſt Quod ſi quippiam aliud haberet preter dñm ps eius non erit dñs. Verbi grã ſi aurum ſi argentū ſi poſſeſſiones ſi variā ſupellectilem. cū iſtis ptibus dñs ps eius fieri nō dignatur Si aūt ego pars domini ſū et funiculus hereditatis eius nec accipio partem inter ceteras tribus. ſed quaſi leuites et ſacerdos viuo de decimis et altari ſeruiens altaris oblatōe ſuſtētor. habēs victum et veſtitū his contentus ero et nudam crucem nudus ſequar Obſecro itaq3 te et repetens iterum q3 iterum q3 monebo. ne officium clericatus genus antique milicie putes poeſt. ne lucra ſeculi queras in chriſti milicia. Ne plus habeas q3 cū clericus eſſe cepiſti. dicatur q3 tibi Clericoꝝ non pdeſūt eis Menſulā tuā paupes et pegrini adeāt et cū illis chriſtū cōuiuā noueris Negociatorē clericū et ex inope diuitē. et ignobili glorioſū quaſi quādā peſtē fuge Corrūpūt bonos mores cōfabulatōes peſſime Tu aurū contēnis. alius diligit. tu calcas opes ille ſectatur Tibi cordi ē. māſuetudo ſilentiū ſecretū illi loquacitas. attrita frōs fora placēt et platee et medicoꝝ taberne In tāta moꝝ diſcordia que pōt eſſe cōcordia Hoſtiolū tuū aut raro aut nū q3 mulierū pedes terāt Oēs puellas ac virgines xpi aut eq̄liter ignora aut equaliter dilige Ne ſub eodem tecto manſeris. ne in preterita caſtitate confidas Nec ſāſone fortior nec dauid ſanctior nec ſalomone poteſt eſſe ſapientior. Memento ſemp q paradiſi colonum de poſſeſſione ſua mulier eiecerit. Egrotanti [illegible] ſanctus quilibet frater aſſiſtat et germana vel mater aut probate quelibet apud homines fidei. Quod ſi huiuſcemodi non fuerint conſanguinitatis caſtimonie que perſone. Multas anus nutrit eccleſia. Que et officium prebent et beneficium ec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 110

accipiant miniſtrādo. vt infirmitas quoq; tua fructū hēat elemo
ſine. Scio quoſdam conualuiſſe corpore ⁊ animo egrotare cepiſ
ſe. Periculoſe tibi miniſtrat cuius vultum frequenter attendis.
Si propter officium clericatus aut vidua te viſitatur aut virgo
nunquam domum ſolus introeas. tales q; hēto ſocios quorum ꝯ
tubernio nō infameris. Si lector ſi acholitus pſaltes ſequitur nō ornet
veſte ſed moribus. nec calamiſtro criſpent comas. ſed pudici
am habitu polliciantur. Solus cū ſola. ſecreto ⁊ abſq; arbitro
vel teſte non ſedeas. Si familiarius eſt aliquid loquendum ha
bent nutricem maiorem domus virginem. viduam vel maritatā.
Nō eſt tam inhumana vt nullam preter te habeat
cui ſe debeat credere. Caue omnes ſuſpitiones ⁊ quicquid fingi
pōt. ne fingantur ante deuita. Crebra munuſcula et ſudariola
et faciolas et veſtes ori applicitas et oblatos. ac deguſtatos
cibos. blandas dulces q; litterulas amor ſanctus non habet.
Mel meum. meum lumen. meum q; deſiderium christus eſt.
Omnes delicias et lepores et riſu dignas vrbanitates et cete
ras ineptias amatorum in comedijs erubeſcim⁹ in ſeculi homi
nibus deteſtamur. quanto magis in clericis et monachis quorum
et ſacerdotium ꝓpoſito et ꝓpoſitum ornatur ſacerdotio. Neq;
hec dico q aut in te aut in ſanctis viris iſta formidem. ſed q in
omni ꝓpoſito in omni gradu et ſexu boni et mali reperiantur.
malorum q; cōdemnatio laus bonorum ſit. Pudet dicere. ſa/
cerdotes idolorum mimi auriga et ſcorta hereditates accipiunt.
ſolis clericis et monachis hoc lege ꝓhibetur et non ꝓhibetur a p
ſecutoribus ſed a principibus chriſtianis. Nec de lege conque
ror ſed doleo cur meruimus hanc legem. Cauterium bonum eſt
ſed quo michi vulnus vt indigeam cauterio. Prouida ſeuera q;
eſt legis cautio. et tamen nec ſic refrenatur auaritia. Per fidei
commiſſa legibus illudimus et quaſi maiora ſint imperatorum
ſcita q; chriſti leges timemus et euangelia contemnimus. Sit
heres et mater filiorum id eſt gregis ſui eccleſia que illos ge/

nūit nutriuit et pauit Quid nos inſerimus inter matrem et libe
ros . Gloria epiſcopi eſt pauperum opibus prouidere. Igno/
minia omnium ſacerdotum proprijs ſtudere diuitijs . Natus
in paupere domo et in tugurio ruſticano . qui vix milio et cibario
pane rugientem ſatiare ventrem poteram . nunc ſimulam et
mella faſtidio ¶ Noui et genera et nomina piſcium in quo lit
tore concha lecta ſit calleo . ſaporibus auium diſcerno prouinci
as et ciborum precioſorum me raritas ac nouiſſime damna ip
ſa delectant . Audio preterea in ſenes et anus abſq̄ liberis quo
rundam turpe ſeruitium . Ipſi apponunt mappulam obſident
lectum et purulentias ſtomachi et phlegmata pulmonis manu
propria ſuſcipiunt Pauent ad introitum medici trementibusq;
labijs an commodius habeant ſciſcitantur . et ſi paulo ſenex ve
getior fuerit periclitantur . ſimulataq; leticia mens intrinſecus
auara torquetur Timent enim ne perdant miniſterium . et vi/
uacem ſenem mathuſele annis comparant O quanta foret apud
deum merces ſi vnuſquiſq; in preſenti precium non ſperaret .
Quātis ſudorib⁹ hereditas caſſa expetitur minori labore mar
garita chriſti emi poterat . ¶ Diuinas ſcripturas ſepius lege .
immo nūq; de manibus tuis ſacra lectio deponatur Diſce quod
doceas . obtine eum qui ſecundum doctrinam eſt . ſermonem fide
lem et vt poſſis exhortari in doctrina ſana et contradicentes re/
uincere . Permane in his que didiciſti et credita ſunt tibi . ſciēs
a quo didiceris . paratus ſemper ad ſatiſfactionem omni poſcen
ti te rationem de ea que in te eſt ſpe Non confundant opera tua
ſermonem tuum ne cum in eccleſia loqueris tacitus quilibet reſ
pondeat Cur ergo hec que dicis ipſe non facis . Delicatus ma/
giſter eſt qui pleno ventre de ieiunijs diſputat Accuſare auari/
ciam et latro pōt Sacerdotis chriſti mens vita os q; con/
cordent . Eſto ſubiectus pontifici tuo et quaſi parentem anime
tue ſuſcipe Amare filiorum timere ſeruorum eſt . Si pa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 110

ter ſum inquit vbi eſt honor meus ſi dominus ego ſum. vbi eſt
timor meus Plura tibi in eodem viro obſeruanda ſūt no-
mina. monachus pontifex auunculus tuus. qui te iam in omni
bus que ſancta ſunt docuit. Illud etiam dico ꝙ epiſcopi ſacerdo-
tes ſe ſciant eſſe non dominos. Honorent clericos quaſi cleri-
cos vt ⁊ ipſis a clericis quaſi epiſcopis honor deferatur. Scitū
eſt illud oratoris domitij. Cur ego te inquit habeam vt principē
cum tu me non habeas vt ſenatorem. Quod aaron ⁊ filios
eius hoc eſſe epiſcopum ⁊ preſbiteros nouerimus vnus domin⁹
vnum templum vnum ſit ⁊ miſterium Recordemur ſemꝑ quid
apoſtolus petrus precipiat ſacerdotibus. Paſcite eum qui in
vobis eſt gregem domini. prouidentes non coacte ſed ſpontanee
ſecundum deum. neqꝫ turpis lucri gracia ſed voluntarie neqꝫ
vt dominantes in clero ſed forma facti gregis ⁊ ex animo.
Ut cum apparuerit princeps paſtorum percipiatis inmarceſſi
bilem glorie coronam Peſſime conſuetudinis eſt in quibuſdam
eccleſijs tacere preſbiteros ⁊ preſentibus epiſcopis non docere
plebem quaſi aut inuideant aut non dignentur audire Et ſi alij
inquit paulus apoſtolus fuerit reuelatum ſedenti prior taceat.
poteſtis enim per ſingulos prophetare vt omnes diſcant ⁊ om-
nes conſolentur ⁊ ſpiritus prophetarum prophetis ſubiectus
eſt Non enim diſſenſionis eſt deus ſed pacis
Gloria patris filius ſapiens Gaudeat epiſcopus iudi
cio ſuo cum tales elegit chriſtus ſacerdotes Docente te in
eccleſia non clamor populi ſuſcitetur ſed gemitus Lachrime
auditorum laudes tue ſint. Sermo preſbiteri ſcriptura-
rum lectione conditus ſit Nolo te declamatorem eſſe et ra-
bulam garrulum ma[illegible] ſed miſteriorum peritum et ſacramen-
torum dei eruditiſſimum verba voluere et celeritate di-
cendi apud imperitum vulgus admirationem ſui facere in doc
torum hominum eſt

Attrita frōs interpretatur ſepe quod neſciret eum alijs ſuaſerit ſibi quoque vſurpat ſcientiam .

Preceptor quondam meus . Gregorius nazanzenus ro/gatus a me vt exponeret quid ſibi vellet in luca Sabatum deutero prothon id eſt . ſecundo primū elegāt luſit

Docebo te inquiens ſuper hac re in eccleſia in qua michi omni populo acclamante cogeris inuitus ſcire quod neſcis

Aut certe ſi ſolus tacueris ſolus ab omnibus ſtulticie con/demnaberis . Nichil tam facile quam vilem plebeculam et indoctam contionem lingue volubilitate decipere .

Que quicquid non intelligit plus miratur M Tullius

Apud quem pulcherrimum illud eſt elogium

Demoſthenes tibi preripuit ne eſſes primus orator : tu illi ne ſolus in oratione pro Q. Gallo quid de fauore vulgi et de imperitis concionatoribus loquatur attende ne his fraudibus illudaris . Loquor enim que ſum ipſe nuper expertus

Unus quidem poeta nominatur homo perlitteratus cuius ſunt illa colloquia poetarum ac philoſophorum cum faceret euripedem ⁊ menandrum inter ſe . ⁊ alio loco .

Socratem atq; epicurum diſſerentes . Quorum etates non annis ſed ſeculis ſcimus eſſe diſtinctas Atque is quantos plauſus ⁊ clamores mouebat . Multos enim diſcipulos habebat in theatro qui ſimul litteras non didicerant .

Ueſtes pullas eque deuita vt candidas . ornatus ⁊ ſordes pari modo fuge . quia alterum delicias alterum gloriam redolet Non abſq; amictu lineo incedere ſed preciū linearū veſtiū non habere laudabile ē Alioquin ridiculū ⁊ plenū dedecoris eſt . referto marſupio q̄ ſudariū orariū q; nō habeas gl'ari Sūt q̄ pauperibus parum tribuunt vt amplius accipiant . ⁊ ſub pretextu ele/moſine querunt diuitias . Que magis venatio appellanda eſt quam elemoſina . Sic beſtie ſic aues ſic capiuntur et piſ/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 110

ces Modica in damno eſca ponitur vt matronarum in eo ſaccu/
li pertrahantur. Scit epiſcopus cui commiſſa eſt eccleſia quem
diſpenſationi pauperum cure ꝗ̄ preficiat. Melius eſt non ha/
bere quod tribuas ꝗ̄ impudenter petere quod des Sed ꝛ
genus arrogantie eſt clementiorem velle videri ꝗ̄ pontifex
chriſti eſt. Non omnia poſſumus omnes. Alius in
eccleſia oculus eſt. alius lingua. alius manus. alius pes.
auris venter. ꝛce.. Lege paulum ad chorintheos. vbi di/
uerſa membra vnum corpus efficiunt. Nec ruſticus et tantum
ſimplex frater ideo ſe ſanctum putet ſi nichil nouerit. nec peri/
tus et eloquens in lingua eſtimet ſanctitatem. Multo
ꝗ̄ melius eſt e duobus imperfectis ruſticitatem habere ſanctā.
ꝗ̄ eloquentiam peccatricem. Multi edificant parietes et
columnas eccleſie ſubſtituunt. marmora nitent. auro ſplen/
dent laquearia. gemmis altare diſtinguitur. et miniſtrorum
chriſti nulla eſt electio. Neque vero michi aliquis oppo/
nat diues in iudea templum menſas lucernas thuribula patel
las cyphos mortariola. ꝛ cetera ex auro fabrefacta.

Tunc hec probabantur a domino quando ſacerdotes hoſti
as immolabant et ſanguis pecudum erat remiſſio peccatorum.

Quamquam hec omnia preceſſerunt in figuram. ſcripta
ſunt autem propter nos in quos fines ſeculorum deuenerūt

Nunc vero cum paupertatem domus ſue pauper dominus
dedicauerit. portemus crucem et diuicias lutum putemus
Quid miramur id quod chriſtus vocat iniquum mammona

Quid ſuſcipimus et amamus quod petrus ſe non habere
teſtatur. Alioquin ſi tantum litteram ſequimur et in auro
atque diuitijs ſimplex nos delectat hiſtoria cum auro obſerue/
mus. ꝛ cetera Ducant pontifices
chriſti vxores virgines. Quamuis bone mentis ſit qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 110

cicatricem habuerit ⁊ deformis eſt priuetur ſacerdotio. Lepra corporis anime vitijs preferatur. Creſcamus ⁊ multiplicemur ⁊ repleamus terram. nec immolemus agnum nec myſticum paſcha celebremus quia hec abſq; templo fieri lege prohibentur. Figamus ſeptimo menſe tabernaculum ⁊ ſolemne ieiunium bucina concrepemus. Quod ſi hec omnia ſpiritualibus ſpiritualia comparantes ſcientesq; cũ apoſtolo q lex ſpiritualis eſt. Et Dauid verba cantantes. Reuela oculos meos ⁊ conſiderabo mirabilia de lege tua. ſic intelligamus vt dominus quoq; noſter intellexit ⁊ interpretatus eſt ſabbatum. Aut aurum repudiemus cum ceteris ſuperſtitionibus iudeorum. Aut ſi aurum placeant ⁊ iudei quos cum auro aut probare nobis neceſſe eſt. aut damnare.

Conuiuia tibi vitanda ſunt ſecularium ⁊ eorum maxime qui honoribus tument. Turpe eſt ante fores ſacerdotis domini crucifixi ⁊ pauperis ⁊ qui cibo quoq; veſcebatur alieno lictores cõſulum ⁊ milites excubare. Iudicem quoq; prouincie melius eſt apud te prandere q̃ te palacio. Quod ſi obtenderis facere te hec vt roges pro miſeris atq; ſubiectis. iudex ſeculi plus defert clerico continenti q̃ diuiti. ⁊ magis ſanctitatem tuam venerabitur q̃ opes. Aut ſi talis eſt qui non audiat clericos niſi inter calices ⁊ phialas libenter carebo huiuſmodi beneficio. ⁊ chriſtum rogabo pro iudice qui magis poteſt ſubuenire q̃ iudex.

Melius enim eſt ſperare in domino q̃ confidere in principibus.

Numquam vinum redoleas ne audias illud philoſophi.

Hoc non eſt oſculum porrigere ſed vinum propinare. Uinolentos ſacerdos ⁊ apoſtolus damnat ⁊ vetus lex prohibet Qui altario ſeruiunt vinum ⁊ ciceram non bibant. Sicera hebreo ſermone omnis potio nuncupatur que inebriare poteſt ſiue illa que frumẽto ɔficitur. ſiue pomorum ſucco aut faui decoquuntur in dulcem ac barbaram potionem. aut palmarum fructus exprimũtur in liquorem coctiſq; frugibus aqua pinguior coloratur.

Quicquid inebriat ⁊ ſtatum mentis euertit fuge ſimiliter ut vinum. Nec hoc dico quod dei creatura a nobis damnetur. ſiquidem ⁊ dñs vini potator appellatus eſt. ⁊ thimotheo dolenti ſtomachum modica vini ſorbitio relaxata eſt. Sed modum etatis et valitudinis pro corporum qualitate exigimus in potando. Ad ſi abſqꝫ vino ardeo ⁊ adoleſcentie inflammor calore. ⁊ feruato ſanguine ſucculento validoqꝫ ſum corpore libenter carebo poculum: in quo ſuſpitio veneni eſt.

Pulchre dicitur apud grecos ſed neſcio utrum apud nos eque reſonet. Pinguis venter non gignit ſenſum tenuem. Tantū tibi ieiuniorum impone quantum ferre potes. Sint tibi ieiunia. Pura. caſta. ſimplicia. moderata ⁊ non ſuperſticioſa. Quid prodeſt oleo non veſci ⁊ moleſtias quaſdam difficultates qꝫ ciborum querere. Caritas. Piper. Nuces. Palmarum fructus. Similam. Mel. Piſtatia. Tot hortorum cultura vexatur ut cibario non veſcamur pane. Et dum delicias ſectamur a regno celorum retrahimur. Audio preterea quoſdam contra rerum hominumqꝫ naturam aquam non bibere nec veſci pane ſed ſorbitiunculas delicatas ⁊ contrita olera betarumqꝫ ſuccum non calice ſorbere ſed concha. Proch pudor nõ erubeſcimus iſtiuſmodi ineptijs nec tedet ſuperſtitionis. Inſuper etiam famam abſtinentie in delitijs querimus. Fortiſſimum ieiunium eſt aqua ⁊ panis. ſed quia gloriam non habet. ⁊ omnes pane ⁊ aqua viuimus quaſi publicum ⁊ commune ieiunium non putatur. Caue ne hominum rumuſculos aucuperis ne in offenſam dei populorum laudem commutes. Si adhuc inquit paulus hominibus placerem chriſti ſeruus nõ eſſem. Deſinit placere hominibus ⁊ ſeruus factus eſt chriſti. Per bonam ⁊ malam famam a dextris ⁊ a ſiniſtris chriſti miles graditur. nec laude extollitur. nec vituperatione frangitur. Nõ diuitijs tumet. non contrahitur paupertate. ⁊ leta contemnit ⁊ triſtia. Per diem ſol non uret eū neqꝫ luna per noctem. Nolo te orare in angulis platearum ne rectum iter precum tuarum frangat aura po/

pularis. Nolo te dilatare ſimbrias ⁊ oſtentui habere philateria
⁊ ꝯ ſcientia repugnante phariſaica ambitione circumdari. Inde
pendet euangelium inde crux ⁊ ꝓphete. Fidelis mecum lector in
telligis quid taceam. ⁊ quid magis tacendo loquar. Tot ſunt te
gule q̄t ſpecies gloriaꝝ. Quāto melius erat hec non in corpe ſed
in corde geſtare dn̄m habere fautorem non aſpectus hominum
Uis ſcire quales querat domin⁹ ornat⁹. habeto iuſticiam pru
dentiam fortitudinem tēperantiam. His celi plagis includere. hec
te quadriga in altum velut haurigam chriſti ad metam concitu
ferat. Nihil hoc monili precioſius. nihil hac gemmarum varie
tate diſtinctius. ex omni pte decoraris cingeris ac protegeris ⁊ or
namento tibi ſunt ⁊ munimini ⁊ tutamini gemme vertuntur
in ſcuta. Caue q̄ꝫ ne aut linguam aut aures habeas prurientes.
id eſt ne aut ipſe alijs detrahis aut alios audias detrahentes
Sedens inquid aduerſus frēm tuū detrahebas. ⁊ aduerſus fili
um matris tue ponebas ſcandalum. hec feciſti ⁊ tacui. Exiſtiā
ſti inique quod ero tui ſimilis. Arguam te ⁊ ſtatuam ꝯtra faciē
tuam. Subauditur. Sermones tuos ⁊ cūcta que de alijs es lo
quut⁹. Parce detractioni lingue. Cuſtodi ſermones tuos. ⁊ ſcito
quia quātūcūq̄ꝫ de alijs loq̄ris tua ſentencia iudicaris.
Et in his reprehēdendus eris que in alijs arguebas. Neq̄ꝫ vo
illa iuſta eſt excuſatio referentibꝫ alijs iniuriam facere n̄ poſſum
Nemo inuito auditori libenter refert. Sagitta in lapidem nūq̄ꝫ
figitur. Interdum reſiliens pcutit dirigentem. Diſcat detra
ctor dum te videt nō libenter audire. non facile detrahere. Cum
detractoribꝫ ait ſapientiſſimus ſalomon ne ꝯmiſcearis. q̄niam
repente veniet pditio eoꝝ. ⁊ ruinam vtriuſq̄ꝫ quis nouit. Tam
videlicet eius qui detrahit q̄ꝫ illius q̄ aurem accommodat detra
henti. Officij ergo tui eſt viſitare languentes. noſce domus ma
tronaꝝ ac liberos eaꝝ ⁊ nobilium viroꝝ cuſtodire ſecreta. Officij
tui eſt non ſolū oculos caſtos ſeruare ſed ⁊ linguam. Nūq̄ꝫ de mu
lieꝝ formis diſputes. nec qd̄ in cuiuſq̄ꝫ domo agatur alia dem⁹

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 110

ꝗte noſſent Hypocrates adiurat diſcipulos anteq̃ doceat ⁊ in ṽ/
bis ſuis iurare ꝯpellit. Extorquet ſacramento ſilentium. ſmo/
nem inceſſum manſuetudiēm hitum moreſq; deſcribit. Quāto
magis nos q̄b aīaꝝ medicina ꝯmiſſa eſt. oīm chriſtiāoꝝ do/
mos quaſi ꝓprias amare debemus. Cōſolatores nos in moribꝫ
ſuis potius q̃ꝫ ꝯuiuas in proſpis nouerint. Facilius contemnitꝫ
clericus qui ſepe vocatur ad prandium ⁊ nō recuſat. Nūq̃ꝫ petē/
tes raro accipiamus rogati. Beatius eſt magis dare q̃ꝫ accipere
Neſcio q̄uam modo etiam ipſe qui precatur vt tribuat cum acce/
peris viliorem te iudicat. Et miꝝ in modum ſi eum rogantem ꝯ
tempſeris plus te poſtea veneratur. Predicator ꝯtinentie nupti
as ne cōciliet. Qui ap̄lm legit Superſt vt q̄ hn̄t vxores tāq̃ꝫ non
hn̄tes ſint. Cur ṽgiēm cogit vt nubat. Quid demonogamia ſa/
cerdos eſt quare viduam hortatur vt bigama ſit. Procuratoꝛes
atq; diſpēſatores alienarum domoꝝ atq; villaꝝ quō pn̄t eſſe
clerici qui ꝓprias iubentur ꝯtemnere facultates. Amico rapere
q̄ppiam furtum eſt. Eccl'am q; fraudare ſacrilegium eſt. Accepiſ
ſe paupibꝫ erogādum ⁊ eſurietibꝫ pl'imis vel cautum eſſe velle
vel timidum. aut aptiſſimi ſceleris eſt exinde aliquid ſubtrahe
re. oīm pdonum crudelitatem ſupat Alter fame torquetur. ⁊ tu
iudicas quātum ventri eius ſatis ſit Aut diuide ſtatim qđ acci
pis. aut ſi timidus diſpēſator esditte largitorem vt ſua ipſe diſ
tribuat Nolo ſub occaſiōe mea ſacculus tuus plenus ſit. Nemo
mea melius me ſeruare poteſt Optimus ille diſpenſator eſt qui
nihil ſibi reſeruat.

Coegiſti me nepotiāe Chariſſime lapidato iam ṽgitatis li/
bello quem ſancte euſtochio rome ſcripſeram poſt annos decem
rurſus bethleem ora reſerare ⁊ ꝯfodiēdum me oīm linguis pro/
dere. Aut eñ nihil ſcribēdum fuit ne hoīm iudicium ſubirem⁹
quod tu me facere prohibuiſti. Aut ſcribentes nos noſſe ꝯctoꝝ
aduerſus nos maledicoꝝ tela eſſe torquenda. Quos obſecro vt
q̄eſcant ⁊ deſinant maledicere. Non eñ vt aduerſariis ſad vt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 110

amicis ſcripſim⁹ nec inuecti ſumus in eos qui peccant ſed ne peccent monem⁹. Neq; in illos tantū ſed in noſipſos ſeueri iudices fuimus volētes q; feſtucā de oculo alterius tollere nrām p̄mum trabē eiecim⁹ Nullū leſi. nulli⁹ nomen mea ſcriptura deſignatum eſt. generalis de vitijs diſputatio ē Sed qui mihi iraſci voluerit prius ipſe de ſe q̄ talis ſit confitebitur

Epitaphium nepotiani preſbiteri ſcriptum a beato hieronimo ad hilidoꝝ epm̄.

Grandes materias ingenia parua non ſuſſerunt et in ipſo conatu vltra vires auſa ſuccūbunt.

Quantoq; maius fuerit quod dicendū eſt tanto magis obruitur qui magnitudinem rerū verbis non pōt explicare Nepotianus meus. tuus. noſter. immo chriſti idcirco plus noſter reliquit ſenes. ⁊ deſiderij ſui iaculo vulneratos intolerabili dolore confecit Quem heredem putauimus funus tenemus Cui iam meum ſudabit ingenium Cui iam meum ſudabit ingenium Cui litterule placere geſtient Vbi eſt ille ergo liocte? noſter ⁊ cygneo canore vox dulcior. Stupet animus man⁹ tremit caligant oculi. lingua balbutit. quicquid dixero quia ille non audit mutum videtur. Stilus ipſe quaſi ſentiēs ⁊ cera ſub triſtior vel rubigine vel ſitu obducitur. Quotienſcūq; nitor in verba p̄rūpere ⁊ ſup tumulum eius epitaphij huius flores ſpergere totiens lachrimis implentur oculi ⁊ renouato dolore totus in funere ſum. Moris quondam fuit vt ſup cadauera defunctorum in cōtione p̄ roſtris laudes liberi dicerent. ⁊ inſtar lugubrium carminum ad fletus ⁊ gemitus audientium pectora cōcitarent Euerſum in nobis ordo mutatus eſt ⁊ in calamitatem noſtram perdidit ſua iura natura. Quod exhibere ſenibus iuuenis debuit. hoc iuueni exhibemus ſenes Quid igitur faciam. Iungam tecum lacrimas Sed apoſtolus p̄hibet et chriſtianorum mortuos dormientes vocat. Et dominus in euangelio. Non eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 110

mortua puella ſed dormit Lazarus quoqꝫ qꝛ dormierat ſuſcita
tus eſt Letar ⁊ gaudeam ꝙ raptus ſit ne malicia mutaret men/
tem eius qꝛ placuerat deo anima illius. Sed innito ⁊ repug/
nanti ꝑ genas lachryme fluunt ⁊ inter precepta virtutum reſur
rectionis qꝫ ſpem . credulam mentem deſiderij frangit affect⁹
O mors amara que fratres diuidis ⁊ amore ſociatos crudelis ac
dura diſſocias Adduxit vrentem ventum dominus de deſerto
aſcendētē . qui ſiccauit venas tuas ⁊ deſolauit fontem tuum.
Deuoraſti quidē ionam ſed ⁊ in vtero tuo viuus fuit Portaſti
quaſi emortuū vt tēpeſtas mundi cōquieſceret ⁊ niniue noſtra
illius preconio ſaluaretur Ille ille te vicit . ille iugulauit fugiti
uus propheta qui reliquit domum ſuam dimiſit hereditatem
ſuam . dedit dilectam animam ſuam in manus querentium eam
Qui ꝑoſce quondam tibi rigidus minabatur Ero mors tua o
mors ero morſus tuus inferne Illius morte tu mortua es . illi⁹
morte nos viuimus . Deuoraſti ⁊ deuorata es dumqꝫ aſſumpti
corpis ſollicitatis illecebra ⁊ auidis faucibus ꝑdam putas . in
teriora tua adunco dente cōfoſſa ſunt Gratias tibi chriſte ſalua
tor tua agimus creatura ꝙ tā potentē aduerſarium noſtrū dum
occideris occidiſti Quis ante miſerior homine qui eterne mortis
terrore ꝓſtratus viuendi ſenſum ad hoc tantū accipat vt periret
Regnauit enī mors ab adā vſqꝫ ad moiſen etiā in eos qui nō pec
cauerunt in ſimilitudinem preuaricationis ade . Si abraham
iſaac ⁊ iacob in inferno quis in regno celorum Si amici tui ſub
pena offendentis adam ⁊ qui non peccauerant alienis peccatis
tenebātur obnoxij . quid de eis credēdum eſt qui dixerūt in cor/
dibus ſuis nō eſt deus qui corrupti ſunt ⁊ abhominabiles facti
ſunt . nō eſt qui faciat bonū non eſt vſqꝫ ad vnū Quod ſi lazar⁹
videtur in ſinu abrahe locoqꝫ refrigerij quid ſimile infernus et
regna celorum Ante chriſtum abraam ad inferos . poſt chriſtū
latro in paradiſo Et idcirco in reſurrectōne ei⁹ multa dormiētiū
corpa ſurrexerūt . ⁊ viſa ſūt in celeſti ihrl'm Nūc ergo cōpletū eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 110

illud elogiū Surge qui dormis ⁊ eleuare ⁊ illuminabit te xp̄s
Johannes baptiſta in heremo perſonabat Penitentiam agite
appropiquabit regnū celoꝝ A diebus enī iohānis baptiſte reg
num celoꝝ vim patitur ⁊ violenti diripiunt illud Flammea illa
romphea cuſtos paradiſi . ac preſidentia foribus cherubin chriſ
ti reſtincta ⁊ reſerata ſunt ſanguine Nec mirum hoc nobis in re
ſurrectione ꝑmitti cū omnes qui in carne non ſecundum carnem
viuimus municipatum habemus in celo . ⁊ hic adhuc poſitis di/
catur in terra Regnū dei intra vos eſt. Adde ꝙ ante.reſurrecti
onem chriſti notus tantum in iudea erat deus ⁊ in iſrahel mag
num nomen eius . ⁊ ipſi qui nouerant eum tamē ad inferos tra/
hebantur . Ubi tūc totius orbis homines ab indya vſqꝫ ad bri
tanias a rigida ſeptentrionis plaga vſqꝫ ad feruores athlanti/
ci oceani tā innumerabiles populi ⁊ tantarū gentiū multitudi/
nes qꝫ varie linguis ⁊ habitu tā veſtibus ⁊ armis piſcium ri/
tu ac lochuſtarum ⁊ velut muſce ⁊ culices cōterebantur. Abſqꝫ
noticia enī creatoris ſui omnis homo pecus eſt. Nunc vero paſ
ſionem chriſti ⁊ reſurrectionem eius cūctaꝝ gentium voces ⁊
littere ſonant Taceo de hebreis grecis ⁊ latinis quas nationes
fidei ſue in crucis titulo dn̄s dedicauit Immortalē aīam ⁊ poſt
diſſolutionē corpis ſubſiſtentem quod pectagoras ſomniauit. de
mocritus credidit . in conſolationem damnationis ſue ſocrates
diſputauit in carcere Indus parſa gothus egiptus philoſophā
tur . beſſoꝝ feritas ⁊ pellitorum turba populoꝝ qui mortuorū
quōdam inferis homines immolabant ſtridorem ſuum in dul/
ce crucis fregerunt melos . ⁊ totius mundi vna vox chriſtus eſt
Quid agimus anima . Quo nos vertimus Quid primum aſſu/
mimus . quid tacemus . Exciderunt ne tibi precepta rhetorum
⁊ occupata luctu . oppreſſa lachrymis prepedita ſingultibus di
cendi ordinem non tenes . Ubi illud ab infantia ſtudium
litterarum . Et anaxagore ac telamonis laūdata ſemper ſen/
tentia : Sciebam me genuiſſe mortalem . Regimus crea/

torem cuius volumen ad confouendum dolorem suum secutus est
cicero platonis diogenis clitomachi carneadis possidonij ad se/
dandos luctus opuscula pcurrimus Qui diuersis etatibus diuer
ſorum lamenta vel libris vel epistolis minuere sunt conati Ut
etiam si nostrum areret ingenium de illorum posset fontibus ir
rigari. ppon unt innumerabiles viros maxime periclem ⁊ xenofō
tem socraticum quoꝝ alter amissis duobus filijs coronatus in
contione disseruit. alter cū sacrificās filiū in bello audisset occi/
ſum deposuisse coronā dr. ⁊ eadem capiti reposuisse postq̄ for/
titer in acie dimicātem repperit cōcidisse Quid memorem roma
nos duces quoꝝ virtutibus quasi quibusdam stellis latine mi/
cant historie Puluillus capitoliū dedicans mortuū vt nūciaba
tur subito filium se iussit absente sepeliri. L. Paulus septem
diebus inter duorum exequias filiorum triūphans vrbem ingres
ſus est Pretermitto maximos catones gallos pisones brutos
sceuolas metellos scauros marios crassos marcellos atq̄ aufi/
dios quoꝝ non minor in luctu q̄ in bellis virtus fuit. ⁊ quorū
orbitates in consolationis libro tullius explicauit ne videar alie/
na potius q̄ nostra quesisse. Quāquam ⁊ hec in suggillationem
nostri breuiter dicta sunt si non prestet fides qd exhibuit infideli
tas Igitur ad nostra veniamus Non plangam cum iacob ⁊ da/
uid filios in lege morientes sed cū christo in euangelio suscipiā
resurgentes. Iudeorum luctus christianorum gaudium est Ad
vesperum demorabitur fletus ⁊ ad matutinum leticia Nox pre/
cessit dies appropinquauit. Unde ⁊ moyses moriens plangitur
⁊ ihesus absq̄ funere ⁊ lachrimis in monte sepelitur Quicquid
de scripturis sup lamentatione dici pōt in eo libro quo paulam
rome consolati sumus breuiter explicauimus Nunc nobis
per aliam semitam ad eundem locum perueniendum est. ne vi/
deamur preterita ⁊ absoleta calcare vestigia Scimus quidē ne/
potianum nostrum esse cum christo ⁊ sanctorum mixtum cho/
ris. quod hic nobiscum eminus rimabatur in terris ⁊ estimatio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 110

ne querebat ibi cominus videntem dicere Sicut audiuimus ita
⁊ vidimus in ciuitate domini virtutum in ciuitate dei noſtri.
ſed deſiderium abſentie eius ferre non poſſumus non illiꝰ ſed
noſtram vicem dolentes Quanto ille felicior tanto nos amplius
in dolore ꝙ tali caremus bono Flebant ⁊ ſorores lazarum quem
reſurrecturum nouerant. Et vt verus hominis exprimeretur
affectus ipſe ſaluator plorauit quē ſuſcitaturus erat Apoſtolꝰ
quoqꝫ eius qui dixerat Cupio diſſolui ⁊ eſſe cum chriſto Et ali/
bi Michi viuere chriſtus eſt ⁊ mori lucrum. Gracias agit ꝙ e/
paphras de mortis ſibi vicinia redditus ſit. ne haberet triſticiā
ſuꝑ triſticiam non incredulitatis metu ſed deſiderio caritatis.
Quanto magis tuet auunculus ⁊ epiſcopus hoc eſt ⁊ in carne
⁊ in ſpiritu pater doles abeſſe. viſcera tua ⁊ quaſi a te diuiſa ſuſ
piras. Sed obſecro vt modum adhibeas in dolore memor il/
lius ſentencie ne quid nimis. obligatoqꝫ parumꝑ vulnere audi
es laudes eius cuius ſemꝑ virtute letatus es Nec doleas ꝙ ta/
lem amiſeris ſed gaudeas ꝙ talem habueris Et ſicut ij qui in
breui tabella terraꝝ ſitus pingunt. ita in ꝑuo iſto volumine cer
nas adūbrata non expreſſa certa ſigna virtutum. ſuſcipias qꝫ a
nobis non vires ſed voluntatem Hec precepta ſunt rhetorum
vt maiores eius qui laudandus eſt ⁊ eorum altius geſta repetā
tur. ſicqꝫ ad ipſum ꝑ gradꝰ ſermo ꝑueniat quo videlicet auitis
paternisqꝫ virtutibus illuſtrior fiat. ⁊ vt non degeneraſſe a bo
nis aut mediocres ipſe ornaſſe videatur Ego carnis bona que
ſemꝑ ⁊ ipſe cōtempſit in anime laudibus non requiram nec me
iactabo de gn̄e id eſt de alienigenis bonis. cum ⁊ abraham ⁊ iſa
ac ſancti viri ⁊ iuſti iſmahel ⁊ eſau peccatores genuerūt. ⁊ ere/
gione iepthe in catalago iuſtorum apoſtoli voce numeratus. de
meretrice ſit natus. Anima inquit que peccauerit ipſa morie
tur. Ergo ⁊ que non peccauerit ipſa viuet Nec virtutes nec
vicia parentum liberis imputantur Ab eo tempore cenſemur ex
quo in chriſto renaſcimur. Paulus perſecutor eccleſie ⁊ mane

lupus rapax . beniami ad veſperam diuidit eſcam . anănie ori
ſubmittens caput . Igitur nepotianus noſter quaſi infantulus
vagiens ⁊ rudis puer ſubito nobis quaſi de iordane naſcitur.
Alius forſitan ſcriberet ꝙ ob ſalutem illius orientem heremū
dimiſeris ⁊ me cariſſimum ſodalem tuum redeundi ſpe lacta.
ueris vt primum ſi fieri poſſet ſororem cum paruulo viduam.
deinde ſi conſilium illa reſpueret ſaltem nepotem dulciſſimum
conſeruares Hic eſt enim ille de quo tibi quondam vaticinatꝰ
ſum . Licet paruulus ex tollo pendeat nepos . ⁊ce. Referret in
quam alius ꝙ in palatij milicia ſub clamide ⁊ candendi lino cor
pus eius cilitio tritum ſit . ꝙ ſtans ante ſeculi poteſtates luri/
da ieiunijs ora portauerit . Quod adhuc ſub alterius indumen
tis alteri militauerit . ⁊ ad hoc habuerit cingulum vt viduis pu
pillis oppreſſis miſeris qꝫ ſubueniret . Mihi non placent di/
lationes iſte imperfecte ſeruitutis dei . Et cēturionem cornelium
vt lego iuſtum ſtatim audio baptiſatum . Verūptamen velut
incunabula quedam naſcentis fidei comprobemus vt qui ſub ali
enis ſignis deuotus miles fuit donandus laurea ſit poſtq̄ ſuo
regi ceperit militare . Balteo poſito habitu qꝫ mutato quicquid
caſtrenſis peculij fuit in pauperes erogauit . Legerat enim qui
vult perfectus eſſe vendat omnia que habet ⁊ det pauperibus
⁊ ſeqnatur me . Et iterum . Non poteſtis duobus dominis ſer/
uiere deo ⁊ mammone . Excepta vili tunica ⁊ operimento pari
quo tecto tanto corpore frigus excluderet nihil ſibi amplius re
ſeruaret . Cultus ipſe prouincie morem ſequens nec mundici/
is nec ſordibus notabilis erat . Cūq̄ arderet quotidie aut
ad egipti monaſteria pergere aut meſopotanee inuiſere choros
vel certe inſularum dalmacie que altino tantum freto diſtant oc
cupare . auunculum pontificem deſerere non audebat tota in il/
lo cernes exempla virtutum domi qꝫ habens vnde diſceret . In
vno atqꝫ eodem ⁊ imitabatur monachum ⁊ epiſcopum vene/
rabatur Nō vt pleriſqꝫ accidere ſolet aſſiduitas familiaritatem

Familiaritas contemptum illius fecerat. Sed ita eum colebat
quaſi parentem. ita eum admirabatur quaſi quotidie nouum
cerneret Quid multa · fit clericus. ⁊ per ſolitos gradus preſbi
ter ordinatur Jeſu bone qui gemitus qui eiulatus que cibi inter
dictio. que fuga oculorum omnium Tunc primum ⁊ ſolo auũ/
culo iratus eſt. Querebatur ſe ferre non poſſe ⁊ iuuenilem eta
tem incongruam ſacerdotio cãbatur Sed quanto plus repugna
bat tanto magis omnium in ſe ſtudia concitabat ⁊ merebatur
negando quod eſſe nolebat. eo qꝫ dignior erat quõ ſe clamabat
indignum. Vidimus thimotheum noſtris temporibus ⁊ canos
in ſapiẽtia electumqꝫ a moiſe preſbiterum quem ipſe ſciret eſſe
preſbiterum. Igitur clericatum non honorem intelligens
Sed onus primam curam habuit vt humilitate ſuperaret inui/
diam. Deinde vt nullam nobis obſceni de ſe rumoris fabulam
daret. vt qui mordebantur ad etatem eius ſtuperent ad conti/
nentiam. Subuenire pauperibus viſitare languentes prouo/
care hoſpitio lenire blandicijs gaudere cum gaudentibus flere cũ
flentibus Cecorum baculus eſurientium cibus ſpes miſero/
rum ſolamen languentium fuit Ita in ſingulis virtutibus
eminebat quaſi ceteras non haberet. Inter preſbiteros ⁊ coe/
quales primus in opere extremus in ordine. Quitquid boni fe/
cerat ad auunculum referebat. ſed quid forte aliter euenerat q̄
putauerat illum neſcire ſe erraſſe dicebat In publico epiſ/
copum domi patrem nouerat. Grauitatem morum hilaritate
frontis temperabat. Gaudium in riſu non cachinnum in/
telligeres. Virgines ⁊ viduas chriſti honorare vt matres
hortari vt ſorores cum omni caſtitate. Jam vero poſt
q̄ domum ſe contulerat ⁊ relicto foris clerico duricie tradiderat
monachorum. Creber in orationibus vigilans in precando
lachrymas deo non hominibus offerebat

Jeiunia in aurige modum pro laſſitudine ⁊ viribus cor/
poris moderabatur. Menſe autem auun/

culi intererat · ꝛ ſic appoſita queqȝ libabat vt ꝛ ſuperſticionem
fugeret ꝛ continentiam reſeruaret. Sermo eius ꝛ omne cõuiuiũ
de ſcripturis aliquid ꝓponere. libenter audire reſpondere vere/
cũde recta ſuſcipere praua acriter confutare. Diſputantem cõtra
ſe magis docere ꝙ̄ vincere. ꝛ ingenuo pudore qui ornabat eta/
tem quid cuius eſſet ſimpliciter confiteri. atqȝ in hunc modum
eruditionis gloriam declinãdo eruditiſſimus habebatur Illud
agebat tertulliani iſtud cipriani hoc lactãtij illud hilarij eſt.
Sic minutius felix ita victorinus in hunc modum locutus ẽ ar/
nobius Me quoqȝ quem pro ſodalitate auunculi diligebat inter
dum proferebat in medium . lectione qȝ aſſidua ꝛ meditatione
diuturna pectus ſuum bibliothecam fecerat criſti. Quotiẽs ille
tranſmarinis epiſtolis deprecatus eſt. vt aliquid ad ſe ſcriberem
quotiens nocturnum de euangelio petitorem ꝛ interpellatricem
diuri iudicis mihi viduam exhibuit Cũqȝ ego ſilentio magis ꝙ̄
litteris denegarem. ꝛ pudore reticentis pudorem ſuffunderem
poſtulantis auunculum mihi oppoſuit peccatorem. qui ꝛ liberi
us ꝑ alio peteret ꝛ pro reuerentia ſacerdotij facilius impetraret.
Feci ergo quod voluit ꝛ breui libello amicicias noſtras eterne
memorie conſecraui . Quo ſuſcepto creſiopes ꝛ darij diuitias ſe
viciſſe iactabat Illũ oculis illum ſinu illum manibus illum ore
retinebat Cumqȝ in ſtratu frequenter euolueret ſup pectus ſo
porati ſepe dulcis pagina decidebat. Si vero peregrinorum ſi
amicorum quiſpiam venerat letabatur ſuper ſe noſtro teſtimo
nio . et quicquid minus in opuſculo erat diſtinctione moderata ꝛ
pronuntiationis varietate penſabat · vt in recitando illo ipſe vł
placere vel diſplicere quotidie videretur Unde hic feruor niſi ex
amore dei · Unde ledis chriſti indefeſſa meditatio niſi ex deſide/
rio eius qui legem dedit . Alij nummum addant nummo
Et marſupium ſuffocantes matronarum opes venentur obſe/
quijs . ſunt ditiores monachi ꝙ̄ fuerunt ſeculares . poſſideant
opes ſub paupere chriſto. quas ſub locuplete diabolo non habu

erat. ⁊ ſuſpiret eos eccleſia diuites quos tenuit mūdus añ me/
dicos. Nepotianus noſter aurum calcans ſcedulas conſectatur.
Sed ſicut ſui in carne cōtemptor eſt ⁊ paupertate incedit ornatior
ita totum eccleſie inueſtigat ornatū Ad comparationem quidem ſu
periorum modica ſunt que dicturi ſumus. ſed in paruis idem a/
nimus oſtenditur. Ut enim creatorem non in celo tantum mira
mur ⁊ in terra ſole ⁊ oceano elephantis camelis equis bubus par
dis vrſis. ſed ⁊ in minutis quoqꝫ animalibus formica culicie
muſcis vermiculis ⁊ iſtiuſmodi genere quorū magis corpora ſci
mus qꝫ nomina. eandemqꝫ in cunctis veneramur ſolertiā. Ita
mens chriſti dedita eque in maioribus ⁊ in minoribus intenta ē
ſciens etiā ꝓ ocioſo verbo rationem eſſe reddēdam. Erat enim
ſollicitus ſi niteret altare ſi parietes abſqꝫ fuligine ſi pauimen/
ta terſa ſi ianitor crebar in porta vela ſp̄ in hoſtijs ſi ſacrarium
mundum ſi vaſa lucentia ⁊ in omnes cerimonias pia ſollicitudo
diſpoſita nō minus non maius negligebat officium: Ubicunqꝫ
eum in eccleſia quereres inuenires Nobilem virum. Q. fabium
miratur antiquitas qui etiā romane ſcriptor hiſtorie eſt. ſed
magis ex pictura qꝫ ex litteris nomē inuenit At beſelebel noſ/
trum plenum ſapientia ⁊ ſpiritu dei ſcriptura teſtatur. Hiram
quoqꝫ filium mulieris tirie qꝫ alter tabernaculi alter templi ſu/
pellectilem fabriati ſunt Quomodo enim lete ſegetes ⁊ vberes
agri interdum culmis ariſtiſqꝫ luxuriant. ita preclaria ingenia ⁊
mens plena virtutibus in variarū artium redūdat elegantiam
Unde ⁊ apud grecos philoſophus ille laudatur. qui omne quo
vteretur vſqꝫ ad palliū ⁊ anulum ſuum manu ſua factum glo/
riatus eſt. Hoc idē poſſumus ⁊ de iſto dicere qui baſilicas ec/
cleſie ⁊ martirum cōciliabula diuerſis floribus ⁊ arborum co/
mis vitiū qꝫ pāpinis adumbrarit vt quitquid placebat in eccleſi
a tā diſpoſitōne qꝫ viſu laborem preſbiteri ⁊ ſtudium teſtaretur
Macte virtute. cuius talia principia qualis erit finis O mi/
ſerabilis humana conditio ⁊ ſine chriſto vanum omne qđ viuim⁹.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 110

Quid te ſubtrahis quid tergiuerſaris orõ ⁊ Quaſi enim mortẽ
illius differre poſſimus ⁊ vitã facere longiorem . ſic timemus
ad vltimum pꝛuenire . Omnis caro fenum ⁊ omnis gloria eius
quaſi flos feni . Ubi nunc decora illa facies vbi totius corꝑoris
dignitas quo veluti pulchro indumento pulchritudo anime veſ
tiebatur Marceſcebat proch dolor flante auſtro lilium ⁊ purpu
rea viola in pallorem ſenſim migrabat . Cumqꝫ eſtuaret febri/
bus ⁊ venarum fontes hauriret calor . Laſſo anhelitu triſtem
auunculum conſolabatur . Letus erat vultu ⁊ vniuerſis circa
plorantibus ſolus ipſe ridebat Proijcere pallium manus exten
dere Uidere quod alij nõ videbant . ⁊ quaſi in occurſum ſe eri/
gens ſalutare venientes. Intelligeres illum non emori ſed emi
grare . ⁊ mutare amicos non relinquere Uoluũtur ꝑ ora lachri/
me ⁊ offirmato aĩo non queo dolorẽ diſſimulare quẽ patior .

Quis crederet in tali illum tẽpore noſtre neceſſitudinis recorda
ri . ⁊ luctante aĩa ſtudiorꝫ ſcire dulcedinẽ Apprehenſa auunculi
manu . hanc inquit tunicam qua vtebar in miſterio chriſti mitte
dilectiſſimo mihi etate patri fratri collegio . ⁊ quicquid a te ne/
poti debebatur affectus in illum transfer quem mecum pariter
diligebas Atqꝫ in talia verba defecit auunculi manum mei re/
cordatione contrectans . Scio ꝙ nolueris amorem in te ciuium
ſic probare . ⁊ affectũ patrie magis queſiſſe in proſperis Sed
huiuſcemodi officium in bonis iucundius eſt in malis gratius .
Tota hunc ciuitas , tota planxit italia . Corpus terra ſuſcepit
anima chriſto reddita eſt Tu nepotem querebas eccleſia ſacer/
dotem Preceſſit te ſucceſſor tuus . quod tu eras . ille poſt te iu
dicio oĩm merebatur . Atqꝫ ita ex vna domo duplex pontifica/
tus egreſſa eſt dignitas dũ in altero gratulatio ẽ ꝙ tenuerit . in
altero meror ꝙ raptus ſit ne teneretur Platonis ſententia eſt
oĩm ſapiẽtiũ vitã meditationẽ eſſe mortis Laudant hoc philoſo
phi ⁊ in celum ferũt . Sed multo fortius apl'us Cotidie inquit
morior ꝑ vrãm gl'am . Aliud eſt conari aliud agere aliud viuere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 110

moriturū aliud mori victurūm Jlle moriturus ex gl'a ē iste mo
riturus ſp ad gloriam Debemus igitur ⁊ nos animo premedita
ri quid aliquando futuri ſumus ⁊quod velimus nolimus abeſſe
longius non pōt Nam ſi nōgentos vite exciderēmus ānos vt añ
diluuium viuebat humanum genus ⁊ mathuſale nobis tēpora
donarentur . tamē nihil eſſet preterita longitudo que eſſe deſiſ
ſet Etenim inter eum qui decē viuit annos ⁊ illum qui mille .
poſtquam idem finis vite aduenerit . ⁊ irrecuſabilis mortis ne/
ceſſitas tranſactū omne tandumdem eſt . niſi ꝙ magis ſenex
onuſtus peccatorū faſce proficiſcitur . Optima queqꝫ dies mi/
ſeris mortalibus eui Prima fugit . ſubeunt morbi triſtis qꝫ ſe/
nectus Et labor ⁊ dure rapit inclementia mortis .
¶ Euius poeta pati inquit neceſſe eſt mortalem multa mala .
Unde ⁊ niobam quia multū fleuit in lapidem ⁊ in diuerſas beſ
tias cōmutatam finxit antiquitas . At heſiodus natales hoīm
plangens gaudet in funere Prudenterqꝫ enī . Plebs ait in
hoc regi añ ſtat loco . licet lacrimari plebi . regi hoēſte nō licet Ut
regi ſic epō . imo minꝰ epo qꝫ regi Jlle enī nolētibꝰ pēſt hic vo/
lētibꝰ Jlle terrore ſubicit hic ſeruituti dōatur Jlle corpa cuſtodit
ad mortē hic aīas ſeruat ad vitā Jn te ocl'i oīm dirigūtur Domꝰ
tua ⁊ cōuerſatio q̄ſi in ſpecula cōſtituta mgrā ē publice diſciplīe
Quitq̄d faceris id ſibi oēs faciēdū putāt . Caue ne cōmittas q̄d
aut q̄ rep̄hendere volūt digne laceraſſe videātur . aut q̄ imitātur
cogātur delinq̄re Uice quātū potes . imo etiā plus q̄ꝫ potes mol
liciē animi tui . ⁊ vberti fluētes lachrimas rep̄me . ne gradis pie/
tas in nepotem apud incredulas mentes deſperatio putetur in
deum Deſiderandus tibi eſt quaſi abſens non quaſi mortuus
vt illum expectare non amiſiſſe videaris Uerum quid ago . me
dēs dolori quem iam reor ⁊ tempore ⁊ rōne ſedatum . ac non
potius replico tibi vicinas regum miſerias ⁊ noſtri temporis ca
lamitates . ⁊ non tam plangendus ſit qui hac luce caruerit . q̄ꝫ cō
gratulandum ei ꝙ de tantis malis euaſerit .

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 110

Conſtantius ariane fautor hereſeos dum cōtra inimicum pa/
ratur ⁊ cōcitus fertur ad pugnā in inopſi viculo moriens mag
no dolore hoſti reliquit imperium. Julianus perditor anime ſue
⁊ chriſtiani iugulator exercitus chriſtū ſenſit in media quem pri
mum in gallia denegauerat. Dum q̄ romanos vult propagare
fines. perdit propagatos Jouianus guſtatis tantum regali
bus bonis. fetore prunarum ſuffocatus interijt. oſtendens om/
nibus quid ſit humana potentia. Valentinianus vaſtato
genitali ſolo ⁊ inultam patriam derelinquens. vomitu ſangui
nis extinctus eſt: Cuius germanus valens gothico bello vic
tus in trachia. eundem locum ⁊ mortis habuit ⁊ ſepulchri.
Graciamus ab exercitu ſuo proditus ⁊ ab obuijs vrbibus non re
ceptus ludibrio hoſti fuit. cr̄ēte q̄ manus veſtigia. tui parie
tes lugdune teſtantur. Adoleſcens valentinianus ⁊ pene
puer: poſt fugam poſt exilia poſt recuperatum multo ſanguī/
ne imperium. haud procul ab vrbe fraterne mortis conſcia ne
catus eſt. ⁊ cadauer exanime infamatum ſuſpendio. Quid
loquar de procopio Maximo. Eugenio Qui vtriq̄
dum rerum potirentur terrori gentibus erant. Omnes cap/
ti ſteterunt ante ora victorum. ⁊ quod potentiſſimus quodam
miſerrimum eſt. prius ignominia ſeruitutis q̄ hoſtili mucrone
confoſſi ſunt: Dicat aliquis regum talis conditio eſt.

Feriuntq̄ ſummos fulgura montes: Ad priuatas ve
niam dignitates nec de ijs loquar qui excedunt biennium?

Atq̄ vt ceteros pretermittam. ſufficit nobis trium nūper
conſularium diuerſos exitus ſcribere Abundantius egēs ponti
exulat. Rufini caput pilo conſtantinopoli eſt geſtatum. ⁊
abſciſa manus dextera ad dedecus inſaciabilis auaricie. oſtiatim
ſtipem mendicanit: Timaſius repente precipitatus de altiſ
ſimo dignitatis gradu euaſiſſe ſe putat ꝙ ouans aſſe viuit in glo
rius. Non calamitates miſerorum ſed fragilem humane
conditionis narro ſtatum. Horret animus temporum noſtrum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 110

ruinas proſequi. Viginti ⁊ eo amplius anni ſunt ꝙ inter
conſtantinopolim ⁊ alphes iulias quotidie romanus ſanguis
effunditur. Scythiam. traciam. machedoniam. theſſa
liam. dardoniam. achaiam. ephyros. dalmatiam. Cunctas
qꝫ pānonias gothus ſarmata quadus alanus hunivualdi mar
comanni vaſtant trahunt rapiunt. Quot matrone. quot vir
gines dei ⁊ ingenia nobilia qꝫ corpora his beluis fuere ludibri
o. Capti epiſcopi. interfecti preſbiteri ⁊ diuerſorum officia cleri
corum ſubuerſe eccleſie. ⁊ circa altaria chriſti ſtabulati equi.
martirum effoſſe reliquie. Ubiqꝫ luctus. vbiqꝫ gemitus ⁊ plu
rima mortis imago. Romanus orbis ruit ⁊ tamē ceruix noſtra
erecta non flectitur. Quid putas animi nunc habere corin/
theos atheníenſes lacedemonios arcades cunctamqꝫ greciam
quibus imperant barbari. Et certe paucas vrbes nomina
ui in quibus olim fuere regna non modica. Immunis ab his
malis videbatur oriens ⁊ tantum nuncijs conſternatus

At certe ibi anno preterito ex vltimis caucaſi rupibus immiſ
ſi in nos non arabie ſed ſeptentrionales lupi tantas breui pro/
uincias percurrerunt. Quot monaſteria capta. quante
fluuiorum aque humano cruore mutate ſunt. Obſeſſa an/
thiochia ⁊ vrbes relique. Quas ales cidnus orontes eufrates
qꝫ preterfluunt. Tracti greges captiuorum. arabia fenix
paleſtina egiptus timore captiue. Non mihi ſi lingue cen/
tum ſint ora qꝫ centum ferrea vox. omnia penarum percurre/
re nomina poſſim. Neqꝫ enim hiſtoriam propoſui ſcribere
ſed noſtras breuiter flere miſerias. Alioquin ad hec me/
rito explicanda ⁊ tuchidides ⁊ ſaluſtius muti ſunt. Felix
Nepotianus qui hec non videt. Felix qui iſta non audit

Nos miſeri qui aut patimur aut patientes fratres noſtros
tanta perſpicimus ⁊ tamen viuere volumus. eos qꝫ qui his ca
rent flendos potius ꝙ̄ beatos putamus. Olim offenſum
ſentimus nec placamus deum.

Noſtris peccatis barbari fortes ſunt . noſtris vicijs roma
nus ſuperatur exercitus . ⁊ q̄ſi nō hec ſufficerent cladibus . pl⁹
pene bella ciuilia q̄z hoſtilis mucro conſumpſit Miſeri iſraheli/
te ad quorum comparationem nabugodonoſor ſeruus altiſſimi
dei dicitur . In felices nos qui tantum diſplicemus deo vt per
rabiem barbarorum illius ira in nos deſeuiat . Ezechias egit
penitenciam ⁊ centum octuaginta quinq̄z milia aſſyriorum ab
vno angelo vna nocte deleta ſunt . Joſephat laudes domi/
no continebat . ⁊ dominus pro laudante ſuperabat . Moyſes
contra amelech non gladio ſed oratione pugnauit . Si erigi vo/
lumus . proſternamur . Proch pudor ⁊ ſtolida vſq̄z ad incredu
litatem mens . Romanus exercitus victor orbis ⁊ dominus ab
his vincitur . hos pauet . horum terretur aſpectū qui ingredi
non valent . qui ſi terram tetigerint ſe mortuos arbitrantur.
Et non intelligimus prophetarum voces . fugient mille vno
perſequente Nec amputamus cauſas morbi vt morbus pariter
auferatur ſtatim q̄z cernimus ſagittas telis thiaras galeis ca/
ballos equis cedere Exceſſimus conſolandi modum . ⁊ dum vni
us mortem flere prohibemus . totius orbis mortuos planximus
. Xerſes ille rex potentiſſimus qui ſubuertit montes . Maria
conſtrauit . cum de ſublimi loco infinitā hominum multitudinem
⁊ in numerabilem vidiſſet exercitum . fleſſe dicitur . q̄ꝛ poſt cē/
tum annos nullus eorum quos tunc cernebat ſuper futurus eſſe
O ſi poſſemus in talem aſcendere ſpeculam . de qua vniuer/
ſam terram ſub noſtris pedibus cerneremus . iam tibi oſtenderē
totius mundi ruinas . gentes gentibus ⁊ regnis regna colliſa .
alios torqueri . alios necari . alios abſorberi fluctibus . alios
ad ſeruitutem trahi Hic nuptias . ibi planctū . illos naſci . iſtos
mori . alios affluere diuitijs . alios mendicare . Et non xerſis
tantum exercitum : ſed totius mundi homines qui nunc viuūt
in breui ſpacio defuturos . Vincitur ſermo rei magnitudine ⁊
minus eſt omne quod dicimus Redeamus igitur ad nos . ⁊

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 110

quaſi e celo deſcendentes pauliſper noſtra videamus. Sentis
ne obſecro te quando infans. quando puer. quando iuuenis. quā
do robuſte etatis. quando ſenex factus ſis. Quotidie mo
rimur. quotidie commutamur. ⁊ tamen eternos nos eſſe cre/
dimus Hoc ipſum quod dico quod ſcribitur. quod relego.
quod emendo. de vita mea trahitur. Quot puncta notarij
tot meorum dampna ſunt temporum Scribimus atqꝫ re/
ſcribimus. tranſeunt maria epiſtole. ⁊ findente ſulcos carina
per ſingulos fluctus etatis noſtre momenta minuuntur. So/
lum habemus lucri ꝙ chriſti nobis amore ſociamur. Primo
chorintheorum xiij. Charitas patiens eſt. Charitas non
zelatur. non agit perperam. non inflatur. Omnia ſperat. om
nia ſuffert. omnia credit. omnia patitur Charitas nūqꝫ exci/
dit. Hec ſemper viuit in pectore. Ob hanc nepotianus
noſter abſens preſens eſt. ⁊ per tanta terrarum ſpacia diui/
ſos vtraqꝫ complectitur manu Habemus mutue obſidem ca/
ritatis. Jungamur ſpiritu. Stringamur affectu; ⁊ for/
titudinem mentis quam beatus papa cromacius oſtendit in
dormitione germani nos imitemur in filio Jllum noſtra pagel
la decantet. illum cuncte littere ſonent Quem corpore non va
lemus recordatione teneamus. ⁊ cum quo loqui non poſſumus
de eo loqui nūqꝫ deſinamus Finis felix Amen

Explicit epiſtola iheronimi

Incipit vita pauli. primi heremite.

Prologus beati ieronimi in vitam pauli primi heremite

Inter multos ſepe dubitatū eſt a quō potiſſimum he-
rimus habitari cepta ſit quidam enim altius repetē-
tes a beato helija ⁊ iohāne principia ſumpſere quoꝝ helias plus
nobis ꝓphetamur videtur fuiſſe ꝙ monachus . ⁊ iohānes ante
ꝓphetare cepiſſe ꝙ natus eſt Alij autē in quā etiam opionem
vulgus omne cōſentit . aſſerunt antoniū huius propoſiti caput
quod ex ꝑte verū eſt Non enim tā ipſe ante omnes fuit ꝙ ab eo
oīm mutata ſunt ſtudia Amatus vero ⁊ macharius diſcipuli an-
tonij . e quibus ſuperior corpus magiſtri ſepeliuit . etiā nunc
affirmauit paulū quēdā thebeū principē rei iſtius fuiſſe nō no-
minis quā opionem nos quoq; ap̄pbamus Nonnulli ⁊ hec ⁊ a-
lia . put voluntas tulitus . iactitant ſubterraneo ſpecu crinitū
calcaneo tenus hominem ⁊ multa alia alia · que pſequi otiū ſū
illi incredibilia fingentes quoꝝ quia impudens mendaciū fuit
refellenda quidem eoꝝ ſententia videtur igitur de antonio tam
greco ꝙ romano ſtilo diligenter memorie traditum eſt pauca de
pauli principio ⁊ fine ſcripture diſpoſui . magis quia res amiſſa
erat ꝙ fretus ingenio Quō autem in media etate vixerat aut q̄s
ſatane ptulerit inſidias nulli hoīm cōptum habetur .

Explicit ꝓlogus Incipit narratio

Sub decio ⁊ valeriano pſequutoribus quo tempore cor-
nelius rome ciprianus cartagine felici cruore dānati
ſunt apud egiptum ⁊ thebaijdam eccleſias tempeſtas ſeua po-
pulara ē · Voti tunc chriſtianis erat p chriſti nomine gloria dio
percuti verū hoſtis callidus tarda ad mortem ſupplicia conque-
rens aīās querebat iugulare nō corpora Et vt ipſe qui ab eo paſ-
ſus eſt ciprianus ait volentibus mori nō ꝑmittebatur occidi
Cuius crudelitas vt notior fiat duo memorie cā exempla ſubij-
cimus pſeueranter in fide martire ⁊ inter otileū flāmas ꝙ vic-
torem iuſſit melle pungi ⁊ ſub ardentiſſimo ſole ligatis poſt ter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 110

gũm manibus reponi. ſcilicet vt muſcaꝝ aculeis crederet q̄ ig
nitas ſartagines ante ſuperaſſet Alium iuuenili etate floren
tem in ameniſſimos ortulos adduci precepit ibiq; inter cāden-
cia lilia ⁊ rubentes roſas cū leni murmure iuxta ſerperet riuulus
⁊ molli ſibilo arborum folia ventus ſtringeret ſuꝑ ſtratum plu
mis lecculum reſupinari iuſſit et ne inde ſe poſſet excutere blā-
dis ſertorum nexibus irretitū relinqui Quo cū recedentibus cunc
tis meretrix ſpecioſa veniſſet cepit delicatis ſtringere colla com
plexibus ⁊ quod dictu quoq; ſcelus. eſt manibus attrectare viri
lia vt corpore i libidine excitato ſe meretrix īpudica ſuperiaceret
Quid ageret miles criſti aut quo ſe cōferret neſciebat quē tormē
ta non vicerant ſuperabat abominata voluptas Tandem celitꝰ
inſpiratus preciſam morditus linguā in oſculātis ſe faciem expu
it ac ſic libidinis ſēſum ſuccendens doloris magnitudo preripu
it. Per idē ergo tempus quo talia gerebantur apud inferiorem
tebaidā cū ſorore iam viro tradita poſt mortem amborum paren
tum in hereditate locupleti paulus relictus eſt annorum circiter
ſedecim litteris tam grecis q̄ȝ egipſiacis apprime eruditus man-
ſueti aī deum valde amans Sed dū pſequutionis ꝗ detonaret p-
cella in villā remotiorem ⁊ ſecretiorē receſſit. Verū quid pecto
ra humana nō cogit auri ſacra fames. Sororis maritus cepit
ꝓdere velle quid celare debuerat non illum. vt aſſolet. vxoris
lacrime non cōmunio ſanguinis non ſpectans cuncta ex alto de
us a ſcelere ſuo reuocabat. aderat. inſtabat. crudelitate q̄ſi
pietate vtebatur q̄d Ubi prudētiſſimus adoleſcēs intellexit. ad
montiū ſecreta cōfugiens dū pſequutionis finē pſtolaretur ne
ceſſitatem in voluntatē vertit ac ſic paulatim ꝓgrediens rurſum
tantūdē ſubſiſtens atq; idē ſepius faciens repperit ſaxoſū mō
tem ad cuius radices haud grādis ſpelūca lapide claudebatur.
Quo remoto. vt cupiditas hominū auidius occulta cognoſce-
re. animoaduertit intus non grande veſtibulum. quod aptū
deſuꝑ celo patulis diffuſa ramis vetus palma cōtexerat fonte-

m̄ lucidiſſimum oſtendens quem foris eadem continuo q̄ genue
rat terra ſorbebat Erant preterea per extenſum monte̅ non pau
ca habitacula in quibus ſcabre iam incudes ⁊ mallei quibus pe
cunia furtiua ſignabatur videbantur. hunc locum egiptiorum lit
tere ferunt furtiue monete officinam fuiſſe ea te̅peſtate qua
cleopatre iunctus antonius eſt. Igitur adepto ⁊ quaſi a deo
ſibi oblato habitaculo omne̅ ibidem in orationibus ⁊ ſolitudine
duxit etatem Cibum ⁊ veſtimentum ei palma prebebat. Quod
ne cui i̅poſſibile e̅e videatur. ihesum teſtor ⁊ ſanctos angelos eius
in ea p̄te heremi que iuxta ſiria̅ cerracenis iungitur ⁊ vidiſſe me
monachos ⁊ vinere e quibus vnus p̄ triginta ia̅ a̅nos clauſus or
deacium panem ma̅ducabat ⁊ luculentam aquam bibebat Alter
in ciſterna veteri quinq; caricis p̄ ſingulos dies ſuſtentabatur.
Hec incredibilia videntur ijs qui non crediderint omnia poſſi
bilia eſſe credentibus ſed vt ad id redeam vnde digreſſus ſum.
cu̅ iam ce̅teſimo etatis ſue anno beatus paulus celeſtem vitam
in terris ageret ⁊ nonagenarius in alia ſolitudine moretur an/
tonius vt ipſe aſſerere ſolebat hec in mentem eius cogitatio in
cidit nullum vltra ſe monachu̅ in heremo co̅ſediſſe atq; illi per
noctem quieſcenti reuelatum eſt eſſe alium interius multo ſe
meliorem ad que̅ videndum deberet p̄perare Illico eru̅pente lu
ce venerabilis ſenex infirmos artus baculo regente ſuſtentans
cepit ire velle quo neſciebat Et iam media dies coquente deſu/
per ſole feruebat nec tamen a cepto itinere reuocabatur dice̅s cre
do in deu̅ meum q̄ ſeruum ſuum quem michi p̄miſit oſte̅det nec
plura ijs Interea co̅ſpicatur hominem equo mixtum cui opinio
poetarum. centauri vocabulum indidit quo viſo ſalutaris im/
preſſione ſigni armat frontem ⁊ heus tu. inquit qua na̅ in p̄te
dei ſeruus hic habitat. At ille barbarum neſcio quid infrendens
⁊ frangens potius verba q̄ȝ p̄loquens inter horrentia ora ſa/
tis blandum queſiuit alloquium ⁊ dextre manus p̄tentione cu
pitum indicat iter ac ſic p̄ patentes ca̅pos volitando tra̅ſmittens

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 110

ſe in fugam ex oculis mirantis euanuit. verum hoc vtrum dyabo
lus ad terrendum eum ſimulauerit an vt ſolet heremus monſ
truoſorum ferax animalium iſtam quoqz gignant beſtiam incer
tum habemus Stupens itaqz antonius ⁊ de eo q̄ viderat ſe/
cum voluens vlterius ꝓgrediebatur Nec mora inter ſaxoſā con/
uallē haud grandē homūculum vidit aduncis naribus fronte
cornibus aſperata cuius extrema ps corporis in caprarum pedes
deſinebat infractus ad hoc ſpectalum antonius ſcutum fidei ⁊
loricam ſpei bonus preliator arripuit. nichilominus memora/
tum animal palmarum fructus eidem ad viaticum quaſi pacis
obſides offerebat Quo cognito gradum preſſit antonius ⁊ quiſ
nam eſſet interrogans hoc ab eo reſponſum accepit Mortalis e/
go ſum ⁊ vnus ex accolis heremi quos vario deluſa errore gen
tilitas faunos ſatiros qz vocans ⁊ incubos colit legationem
fungor gregis mei Precamur ergo vt cōmunē dn̄m ꝓ nobis depre
ceris quem pro ſalute mundi olim veniſſe cognouimus nam
in vniuerſam terram exiuit ſonus eius. Talia eo loquente lon/
geuus viator vbertim lacrimis faciem rigabat quas magnitu/
do leticie indices cordis effuderat . Gaudebat quippe de chriſ
ti gloria ⁊ de interitu ſatane ſimul qz ammirans q̄ eius poſſet
intelligere ſermonem ⁊ baculo humum percutiens aiebat Ve tibi
allexandria que pro deo portenta venerar is ve tibi ciuitas me/
retrix in quā te toti⁹ orbis demonia confluxere quid nunc dictu
ra es. Beſtie xp̄m loquuntur ⁊ tu pro deo portenta venera
ris Nec dum verba compleuerat ⁊ quaſi pennigero volatu pe/
tulcum animal aufugit Hoc ne cui ad incredulitatem ſcrupu/
lum moueat ſub rege conſtantio vniuerſo mundo teſte defendi/
tur Nam ad allexandriam huiuſmodi homo viuus perductus
magnum populo ſpectaculum prebuit ⁊ poſtea ne cadauer ex/
animie calore eſtatis diſſiparetur ſale infuſum ad antiochiam
vt ab imperatore videretur allatum eſt

Sed vt propoſitum proſequar. Antonius cepta regione

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 110

ꝑgebat ferarū tantūmodo veſtigia intuens ⁊ heremi latam vaſti
tatem Quid ageret quo verteret gradum neſciebat Jam altera
fluxerat dies reſtabat vnū vt deſeri ſe a chriſto non poſſe con/
fideret Pernoctans ſecundas in orōnibus exegit tenebras ⁊
ſub dubia ad huc luce non longe intuetur lupam ſitis ardoribꝰ
anhelantē ad radices montis irrepere. Quā ſequutꝰ eſt oculis
⁊ iuxta ſpeluncā. cum fera abiſſet. accedens cepit introſpicere
nichil curioſitate ꝓficiente tenebris arcētibus viſum. Verū vt
ſcriptura ait ꝑfecta dilectio foras mittit timorem. ſuſpēſo gra/
du ⁊ anhelitu temperato callidus explorator ingreſſus eſt ac ſic
paulatim ꝓgrediēs ſepius ꝗ ſubſiſtēs ſonū aure captabat Tā
dem ꝑ cece noctis horrorē ꝓcul lumen intuitus dū auidiꝰ ꝓperat
offenſo pede lapidem in ſtrepitū cōcitabat Poſt cꝰ ſonitū beatꝰ
paulus oſtiū quod patebat claudens ſera affirmauit Tunc ve/
ro antonius. ꝓ foribus corruens vſqꝫ ad ſextā. ⁊ eo amplius.
horā aditum precabatur dicens. Quis ſim vnde ⁊ cur venerim
noſti Scio me non mereri cōſpectū tuum tamē niſi te videro
non recedā Qui beſtias ſuſcipis hominem cur repellis Queſiui
⁊ inueni pulſo vt aperiatur michi. Quod ſi nō impetro hic mo/
riar ante poſtes tuos certe ſepelies vel cadauer meum Talia
ꝑſtabat memorās fixqꝫ manebat. Ad quē reſponſum paucis
ita reddidit heros iniuriam nemo ſic petit vt minetur nemo cum
lacrimis calūniam facit ⁊ minaris ſi non recipiam te cū moritu
rus adueneris. Sic arridens patefecit ingreſſum quo aperto dum
in mutuos miſcerētur āplexus ꝓprijs ceperunt ſe ſalutare no/
minibꝰ gratie domino in cōmune ab eis referūtur At poſt ſacrū
oſculum reſidens paulus cū antonio ita exorſus eſt En quē tan
to labore queſiſti putribus ſenectute membris operit inculta ca
nicies En vides hominem in puluerem mox futurū Verum quia
charitas oīa ſuſtinet nunc narra michi q̄ſo quomodo ſeſe homi/
num genus habeat an in antiquis vrbibus noua contecta con/
ſurgant quo mundus regatur imperio an ſuꝑ ſint aliqui qui de

monum errorem decipiuntur. Inter has ſermocinationes ſuſpi
ciunt alitem coruum in ramo arboris conſediſſe qui inde leuiter
ſubuolans integrum panem ante mirantium ora depoſuit Poſt
cuius abceſſum eya inquid paulus dominus nobis prandium mi
ſit vere pius vere miſericors Sexaginta iam anni ſunt ꝙ dimi
dij ſemper panis fracmenta accepi verum ad aduentum tuum
militibus ſuis chriſtus duplicauit annonam Igitur in deū gra
tiarum actione celebrata ſupra vitrei fontis merginem vterqꝫ
conſedit Hinc vero quis frangeret panem oborta contencio pe
ne diem duxit in veſperum. Paulus more cogebat hoſpitij anto
nius iure refellebat etatis Tandem conſilij fuit vt apprehen
ſo eregione pane dum ad ſe quiſqꝫ nititur pars ſua remanſit in
manibus Dehinc paululum aque prono in fonte ore libantes
⁊ immolantes deo ſacrificium laudis noctem tranſegere vigili
is cūqꝫ iam eſſet terris redditus dies beatus paulus ad antoni
um ſic loquutus eſt Olim te frater in iſtis te regionibus habita
re ſciebam olim conſeruum meum michi promiſerat dominus. ſꝫ
quia iam dormitionis tempus aduenit. ⁊ ꝙ ſemper cupieram
diſſolui ⁊ eſſe cum chriſto pacto curſu ſupereſt michi corona iu
ticie Tu miſſus a domino es qui humo corpuſculum tegas ym
mo terram terre reddas his antonius auditis flens ⁊ gemens
ne ſe deſereret atqꝫ vt comitem talis itineris acciperet precabatur
At ille non debes inquit querere que tua ſunt ſed que aliena Ex
pedit quidam tibi ſarcina carnis abiecta agnum ſequi ſed et ce
teris expedit fratribus vt tuo adhuc inſtituantur exemplo.

Quamobrem perge queſo. niſi moleſtum. et pallium quod
tibi athanaſius epiſcopus dedit ad obuoluendum corpuſculum
meum defer huc Hoc autem beatus paulus rogauit nō ꝙ mag
opere curaret vtrum tectum putreſceret cadauer an nudum quip
pe qui tanti temporis ſpatio contextis palmarum folijs veſtie
batur ſed vt a ſe recedenti meror ſue mortis alleuiaretur. Stu
pefactus ergo antonius ꝙ de atanaſio ⁊ de pallio eius audierat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 110

quaſi chriſtum in paulo videns ⁊ in pectore eius deum venerās
vltra reſpondere auſus non eſt ſed cum ſilentio lacrimans ex oſ/
culatis eius oculis manibus qꝫ ad monaſterium quod poſtea a
ſerracenis occupatum eſt regrediebatur . Neqꝫ vero greſſus
ſequebatur animum ſed cum corpus inane ieiunijs ſeniles eci/
am anni frangerent ānimo vincebat etatem Tandem defatiga
tus et anhelus ad habitaculum ſuum confecto itinere perue/
nit Qui cum diſcipuli duo qui ei iam longeuo miniſtrarere cepe/
reant occurriſſent dicentes vbi tam diu moratus es pater reſpō/
dit Ue michi peccatori qui falſum monachi nomen fero . Uidi
heliam ⁊ iohannem in deſerto ⁊ vero in paradiſo paulum vidi.
Ac ſic ore compreſſo ⁊ manu verberans pectus e cellula pallium
ꝓtulit Rogantibus qꝫ diſcipulis vt plenius quidnam eſſet rei
exponeret ait Tempus loquendi ⁊ tempus tacendi Tunc egreſ
ſus foras ⁊ ne modicum quidem cibi ſumens per viam qua ve/
nerat regrediebatur illum ſitiens illum videre deſiderans illū
oculis ac mente contemplans Timebat enim . quod euenit. ne ſe
abſente debitum chriſto ſpiritum redderet Cūqꝫ dies iam illux
iſſet alia, ⁊ trium horarum ſpacio iter remaneret vidit inter an
gelorum cateruas ⁊ inter prophetarum ⁊ apoſtolorum choros
inueo paulum candore fulgentem in ſublime conſcendere Et ſta
tim i faciē ꝓcidens ſabulum capiti ſuo ſuperiaciebat plorans at
qꝫ eiulans Cur me inquit paule dimittis cur abis inſalutatus
Tam tarde notus tam cito recedis Referebatqꝫ poſtea beatus
antonius tanta ſe velocitate quod relinquum erat vie cucurriſ/
ſe vt ad inſtar auis peruolaret nec in merito nam introgreſſus
ſpeluncam, vidit genibus complicatis erecta ceruice extentiſqꝫ
manibus in altum corpus exanime ac primum ⁊ ipſe viuere eū
credens pariter orabat Poſt vero nulla . vt ſolebat ſuſpiria
precantis audiuit in flebile oſculum ruens intellexit ꝙ etiam
cadauer ſancti vere deum cui omnia viuunt offitio geſtus preca/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 110

retur Igitur obuoluto ⁊ prolato foras corpore pſalmis quoqꝫ ex
criſtiana tradicione cantatis contriſtabatur antonius q̄ ſercu/
lum quo terram foderet non haberet. Fluctuans variomē
tis eſtu ⁊ ſecū multa replicās dicebat ſi ad monaſteriū reuertar q̄
triduanum iter eſt ſi hic maneam nichil vltra proficiam Mo
rior ergo vt dignum eſt et iuxta bellatorem tuum chriſte ruens
extremum halitum fundam Talia eo voluente animo ecce leo/
nes duo ex interioris heremi parte concurrentes volantibus per
colla iubis ferebantur. Quibus aſpectis primo exhorruit rurſus
qꝫ ad deum mentem referens quaſi columbas videret manſit in
trepidus. At illi quidem directo curſu ad cadauer beati ſe/
nis ſubſtiterunt adulantibus qꝫ caudis circa eius pedes accu/
buere fremitu ingenti rugientes prorſus vt intelligeret eos
plangere quomodo poterant Deinde haud procul ceperunt
humum pedibus ſcabere arenamqꝫ certatim egerentes vni/
us hominis capacem locum effodere ⁊ ſtatim quaſi mercedem
pro opere poſtulaturi cum motu aurium ceruice deiecta ad an/
tonium perrexerunt manus eius pedes qꝫ lingentes vt ille ani/
maduerteret benedictionē eos a ſe deprecari nec mora ⁊ in lau/
datiōez chriſti effuſus q̄ eū muta quoqꝫ animalia ſentirent ait

Domine ſine cuius nutu nec folium arboris defluit nec v/
nus paſſer ad terram cadit. Da illis ſicut tu ſcis. ⁊ manu
eis ānuens vt abirent imperauit cū illi receſſiſſent ſancti corpo/
ris oneri ſeniles curauit humeros applicare ⁊ depoſito eo in
foſſā deſuper humū congregans tumulum ex more compoſuit

Poſtqꝫ dies autem illuxerat alia ne quid pius heres
ex inteſtatis bonis non poſſideret tunicam eius ſibi vendica/
uit quam in ſportarum modum de palme folijs ſibi ipſe con/
texuerat ac ſic ad monaſterium reuerſus diſcipulis ex ordine
cuncta replicauit.

Diebusqꝫ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 110

ſolemnibus paſce vel pentecoſtes ſemper pauli tunica veſtitu
tus eſt. Libet in fine opuſculi interrogare eos. qui patrimo/
nia ſua ignorant. qui domos marmoribus veſtiūt. qui vno lini
filo villaꝝ inſuūt predia huic ſeminudo quid vnq̄ꝫ defuerit. Vos
ex gemma bibitis ille vero cauis manibus ſatiſfecit nature vos
tunicis aurum texitis ille quidā nec viliſſimi veſtri mancipij in
dumentum habuit. Sed econtrario illi pauperculo paradiſus pa
tet vos auratos iehēna ſuſcipiet Ille chriſti veſtem licet nudus
ſeruauit vos veſtiti ſericis indumentum chriſti ꝑdidiſtis Pau
lus viliſſimo coopertus puluere iacet reſurrecturus in gloria.
vos operoſis ſaxis ſepulcra premunt cum veſtris opibus for/
taſſis arſuros Parcite queſo vos parcite ſaltem diuitijs quas
amatis Cur mortuos veſtros auratis obuoluitis veſtibus.
Cur ambitio inter luctus lacrimas non ceſſat. An cadauera
diuitum niſi in ſerico putreſcere neſciunt Obſecro quicūq̄ꝫ hec
legeris vt iheronimi peccatoris memineris cui ſi dominus opti
onem daret multo magis eligeret tunicam pauli cum meritis
ei⁹ q̄ꝫ regum purpuras cum penis ſuis Deo gratias

Explicit epiſtola iheronimi. Et vita pauli primi here/
mite. Impreſſum zwollis per me petrum de os. Anno
incarnationis domini M CCCCCx. die menſis nouembris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 110

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 110

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 110

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 110

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 110

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 110

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 110